



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

15. Dies Novemb. Quidquid mihi vult dare Deus meus, auferat totum, & se  
mihi det. S. Augustinus in Psal. 26.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

## 15. DIES NOVEMB.

Quidquid mihi vult dare Deus meus, auferat totum, & se mihi det. *S. Augustinus in Psal. 25.*

Deus est I,  
omne bo-  
num.

**N**on miror Augustinum optantem sibi auferri omnia, ut detur unum, quia unum illud cum sit totum, quis illud non potius præeligit quam partes, & cum illud unum sit omne, in uno habet omnia. Jure igitur eum qui est universa creatura emendicat sibi objectas electiothes, ad satiandas infatiables cupiditates, copiosæ inopiae, & ignominiosæ gloriæ, Augustinus sic redarguit:

(a) *Quid amas, ut Deum non ames? dic mihi, ama si potes aliquid quod ipse non fecit, circumspice universam creaturam: vide utrum alicubi cupiditatis vitio tenearis, & à diligendo Creatore impediaris, nisi earum, quam crea-uit ipse, quem negligis. Quare autem amas ista, nisi quia pulchra sunt? possuntne esse tam pulchra, quam ille à quo facta sunt? Miraris hæc, quia illum non vides, sed per ea quæ miraris, ama quem non vides. Interroga creaturam, quia si in ipsa est, remane in illa, si autem ab illo est, non ob aliud perniciosa est amatori, nisi quia præponitur crea-tori. Itaque non sunt amandæ creature nisi eo modo, quem præscribit S. Augustinus.* (b) *Si autem ista di-  
ligis, ut subjecta dilige ut famulantia dilige; ut arham  
ffons, ut munera amici, ob beneficia Domini; sic tamen ut  
memineris se per quid illi debeas, nec ista propter se, sed ista  
propter illum, nec ista cum illo, sed ista propter illum, & per  
istu illum, & super ista illum diligas. Hæc norma est regé-  
di, hæc forma dirigendi, hæc regula moderandi nostri*

amoris,

(a) *In Psal. 79.* (b) *In Medit.*

amoris, ne à scopo aberret, à via deviet, à fine defi-  
ctat.

II. O Domine in singulis creaturis temet exhibe  
prospiciendum passim per naturæ transennam: in  
omni creatura occurrit mihi, toties amorem tuum  
irrogans & amorem meum rogans. Quamcumque  
fenestram aperiam, ades amator, stans post parietem,  
respiciens per fenestras, propiciens per cancellos, si  
videam, si audiam, si odorere, si sapiam, ecce adeat fa-  
cies tua decora, vox tua dulcis, & odor Dei mei, &  
favus cum melle tuo: ubique convenior de amore,  
omnia amorem tuum, & pulchritudinem murus  
clamoribus, & inaspectabilibus coloribus objectant.  
Sed quæ vox, aut imago, cognitionem tui dabit? Non  
possunt creaturæ te pingere, ex omni earum perfe-  
ctione litoram tantum cognosco. Quis ergo es aut  
ubi pulcher mi? qui cum ubique mihi adfis, nullib[us]  
te invenio, & cum omnia sis, nihil omnium te puto?  
pro imagine tui, se objectare mihi creaturæ, sed ego  
enigma aestimo, non es Domine, & id quod deli-  
gnant te esse, quæ licet non mentiantur, taliter te in-  
dicant, ut non sis id quod prædicant verè. Ita quali-  
vi quem diligit anima mea, quæsivi illum & non in-  
veni, surgam & circuibo vias naturarum, & plateas  
cœlorum. Interrogavi formas rerum, concentus me-  
lodiarum, odores aromatum, sapores mellitorum,  
amplexus charorum, & dixerunt: Non sumus dile-  
ctus tuus, ille fulget, ut non capiat locus, sonat, ut  
non ferat ventus; olet, ut non spargat fatus, sapit, ut  
non noceat fames, hæret, ut non separat fastidum.  
Interrogavi terram, & respondit: Non sum ego: si  
cœli cœlorum non capiant illum, quid me rogas? In-  
terrogavi

Novemb.

Tessera.

913

terrogavi mare, & contremuit, dicens non sum, ma-  
jor abyssus est, & pertransiri nequit. Interrogavi cœ-  
lum, & dixit non sum Deus tuus, ascendit ultra.

III. Si vos non estis creaturæ, dicite mihi aliquid  
de illo. Responderunt mihi vigiles mentes, & custo-  
des spiritus mundi, Ipse fecit nos; quare illum super  
nos. Paululum cùm pertransissem eos, inveni quem  
diligit anima mea, non inveniens illum in creaturis.  
In hoc solo video, & invenio te, ô lumen in medio  
positum, quod non possim te videre, nec invenire.  
Nam quomodo assequar quod incomprehensibile  
est? fuge, fuge dilectile mi, in hoc te consequar, quia  
fugis me, nec possim te assequi. Plus nosco de te  
quantum novi te non posse cognosci à me, in nocte,  
& in quiete anguli mei per noctes quæsivi quem dili-  
git anima mea, nox est respectu tui, splendor terum  
renuntiarum: nox est, decor cœlorum: nox est, solis  
splendor, lunæ candor, stellarum nitor & totius  
mundi fulgor. O Deus abscondite! si ignoratus pla-  
ces mihi super omnia quæ scio, quid facies mihi co-  
gnitus, cùm te coram & palam sciam? Eripe, evelle  
cor meum, accipe omne velle meum, nec mihi un-  
quam restituas. In te sit cor meum, quia in te est The-  
sauros meus. O Deus cordis mei, quia jam es Domi-  
nus illius. Tu es Deus cor meum, Deus pars mea  
quæ defecit mihi: cor scilicet meum eris in æter-  
num: officia cordis mei imple: Ipse poteris velle  
pro me, & solicitus esse, quæ mihi expediant. Ego  
tantum diligam te, Tu amabis me pro me, ut ego  
penitus amem te, ut nec amor mei impedit me. O  
felix jactura cordis, si Deus pro corde est! eris au-  
tem plus quam væcors, si Deo spredo consecres cor  
Pars III. M m m mundo.

914 *Christiani Militis* Novem  
mundo. Habet enim mille quibus cor capiat dolo  
quibus impicit laqueos. Ergo

*Effuge iucundi laqueos, Et retia mundi.*

16. DIES NOVEMB.  
Quis sic delectat, quam ille qui fecit omnia, quod  
lectant. *S. Augustinus in Psal. 32.*

Deus fons I.  
omnis de-  
lectatio-  
nis.

**N**on plus potest esse anima  
ne delectatione, quam in  
respiratione. Quamdi-  
ras, semper in aliquo, et  
quiescas, respiras. Itaque cum delectari nesci-  
bes delectari caducis, aut æternis, humani-  
nis. Illa est mens D. Gregorii. (a) *Esse sine delectatione*,  
*anima nunquam potest : Nam aut infimis delectatur*,  
*aut summis. Quid te abscis ad infima, quinatus es*  
*summa ? non modò quæris semper habere turmu*,  
*sed ambis ubique esse summus, nusquam non pre*  
*mus. Cæsar tam erat intemperanter ambitiosus,*  
*maluerit in ignobili vico primus esse, quam in*  
*orbis Romæ secundus. Nonne hæc est stultitia sum*  
*ma, velle in omnibus esse summum, præterquam*  
*delectatione ? unde expestandum sumum gaudi*  
*um, nisi in summo bono ? quidquid utquam illi*  
*sensui, vel rationi, vel voluntati occurrit delectabile*  
*nunquid est ex eo, qui est ipsa delectatio, & quis est*  
*omnia delectabilia ? quasi verò plus te delectabit al*  
*iquid delectabile, quam ipsa delectatio. Si nolis servi*  
*re in Domino. Ne timeas spernere quæ hactenus re*  
*oblectarunt; nullum delectationis patieris daminum,*

(a) *L. 18. Moral. c. 8.* (b) *Psal. 35.*